808

dedit donauit in perpetuum et irreuocabiliter resignauit. Cui iam ex nunc omnimodam
Actuali ac pacifica possessione per mittens et Nobiles duos officii acceptandam dat et admittit. Ei:
cum quoque tuitionem euictionem omnimodam occasione quomodolibet ab omni impedimento iu:
ridico quarumcunque personarum cuiusuis sexus, status et conditionis existentis Cauet sub damnis
Trium Simpli taxatis et edicendis et coram officio Castrensi Dobrzinensi in primo litationis
Termino respondere sese. Omnibus iuris remedijs se et suos successores [illegible] abdicando.

Lempicze Klesze — Donatio.

Coram officio Castrensi Capitaneali Branscensi et actis officij eiusdem personaliter Comparens Nobilis
Stanislaus olim Andreae Lempicky de Lempice Klesze [illegible] sanus mente et corpore existens palam
publice ac libere recognouit. Quia Nobili Stanislao olim Alberti Lempicky patruo suo germano et
eius successoribus Bonorum in haereditate Lempice Klesze sitis in area certam septem sulcos hyemali
a via Zagumienna ad fluuium tendentes inter metas Nobilium Jacobi et Matthiae Lempickych sitos iacentes
una cum prata alneto et omnibus vtilitatibus fructibus attinentijs nullis exceptis perpetue et
in aeuum dedit donauit et resignauit. In quorum sulcorum realem ex nunc possessionem per mittens et Nobiles duos officii
acceptandam admittit. Submittit se ac debet in omni [illegible] memorato Stanislao
terminum suum et eius successores ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum tueri
defendere euincere. Alias [illegible] sub damnis in toto simpli taxatis et edicendis
et Coram officio Castrensi Dobrzinensi in primo litationis Termino respondere. Sine colla dilatione
[illegible] monitione appellatione [illegible] ac exceptione.

Srzednicky Gieralty — Donatio.

Coram officio castrensi praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi per Comparens Nobilis Jacobus olim
Georgij Gieraltowsky de Gieralty noua villa [illegible] sanus mente et corpore existens palam publice ac
libere recognouit. Quia Nobili Thomae olim Bartholomei Srzednicky Bonorum suorum
in haereditate Gieralty noua sitos in campo tres sulcos a strecha ad [illegible] Gieraltowska pro-
tendentes inter metas eiusdem recognoscentis et Thomae Srzednicky donatarij iacentes, item in eodem
campo alio loco Tres sulcos a transuersalibus ad graminem Lebanalem tendentes inter me-
tas eiusdem Thomae et Stanislai Szepietowsky iacentes item in Tertio loco Tres sulcos a
[illegible] ad metam transuersalem tendentes inter metas et supra iacentes item in alio campo qua-
tuor sulcos apud eundem nobili [illegible] existentes a via Koscielna ad graminem Stalowskien-
ska tendentes inter metas eiusdem Thomae ex vtraque parte iacentes In tertio Campo Lencensi
Trium sulcorum a meta Transuersali ad graminem Dobrowska protendentes inter metas
Nobilium Sebastiani Gieralt et eiusdem Thomae iacentes Cum pratis sylvis et omnibus
vtilitatibus fructibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis perpetuo et in aeuum dedit
donauit inscripsit et irreuocabiliter resignauit. Cui iam ex nunc in eorum realem cum pos-
sessione pacifica per mittens Regni Generalem et Nobiles duos officio acceptandam dat et admittit Ita
cum quoque tuitionem euictionem omnimodam occasione quomodolibet ab omni impedimento
iuridico euincendi quarumlibet personarum [illegible] cuiuscunque sexus status et con-
ditionis existentis Cauet. Sub damnis Trium Simpli taxatis et edicendis Et Coram officio praesenti
in primo litationis Termino respondere se sponte. Omnibus iuris remedijs se et successores [illegible] abdicando.

Actum in curia Regia Branscensi Sabbatho ante Dominicam oculi Quadragesimali Proxima Anno Domini 1649.

G Bobinska — Assecuratio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensi Capitaneali Branscensi personaliter Comparens Gene-
rosus Jacobus Reszka Generosi Gregorij Reszka filius sanus mente et corpore existens palam
publice ac libere recognouit. Quia Generosa Dorothea filia Generosi Bartholomaei Bobin-
ski coniugi sua Charissima [illegible] legittima sua [illegible] dotis nomine eam
accepisse manualiter, realiter ac effectiue [illegible] et in bona sua importatam summam
[illegible] Millium florenorum quemlibet florenum per triginta grossos polonicos computando et numeran-
do in omnibus et singulis bonis suis mobilibus et immobilibus in haereditate Reszki et alibi
vbiuis consistentibus tam in Regno Poloniae quam et magno Ducatu Lithuaniae
consistentibus [illegible]